


erg
7
96



1928 K 944
LEX MORALIS, L 7119

QVATENVS ABSOLVTE PRAECIPIT, VTRVM
DIGNA SIT NOSTRA REVERENTIA,
NEC NE?

20

DISPUTATIO PHILOSOPHICA

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S E S

IOANNES CAROLVS HENRICVS
DE ZOBEL

PHILOSOPHIAE DOCTOR

D. XI. SEPTEMBRIS CCCCCCLXXXV

L. C.

HORIS POMERIDIANIS

P V B L I C E D E F E N D E T

SOCIO ASSVMTO AMICISSIMO

CAROLO IMMANVELE LICHTENBERG

BELTTIO - SAXONE
ARTIS SALVT. CVLTORE

VITEMBERGAE
LITERIS TZSCHIEDRICHIL

1795

PEX NORIUS
OMNIA VITIA ABSOLUTA TERRIFICAT AUTEM
PREDICATIO SIT NOSTRA REVERENTIA
NEC NISI

EXCELSIOR
TYPIS IMPRENTORIBUS ORBIS ACUTISSIMIS
TRAVERSATA
TYPIS
IONNIS CIRRIAS HENRICAS

DE DOBRI
PHYSICO ET MORALICO
DE SEPTEMBER CLIVICCI XXXVII
CIRRIAS
CARLO WILHELMUS THOMAS
CARLO WILHELMUS THOMAS

PHYSICO ET MORALICO
HISTORIAS TESTIMONIIS

V I R O

MAGNIFICO AC SVMME VENERABILI

C A R O L O L V D O V I C O
N I T Z S C H

DOCTORI THEOLOGIAE EIVSDEMQUE PROFESSORI PUBLICO
ORDINARIO CONSISTORII ECCLESIAST. ASSESSORI, PASTORI
AD AEDEM S. MARIAE, ET CIRCULI ELECTOR. SAXON.

SUPERINTENDENTI GENERALI

T A N K O M O D A M I A I T I O D I T I I I A O Y I

F A V T O R I A C P R A E C E P T O R I

S V M M A P I E T A T E E T R E V E R E N T I A

D E V E N E R A N D O

R O T O Y A



O HANC V
O P E L L A M
C V B O I O I H D O A I C O
R I A G R A T A Q V E M E N T E
N I T U S C H
O F F E R T
D O C T O R I T H E O L O G I C A I E T A R T O R I C A I V I T I C O S
C O L L A G R A D U A T I O N E M E D I C I N A I A R C H I T E C T U R E
I P S I V S Q V E
F A V O R I B E N E V O L E N T I A E Q V E S E C O M M E N D A T
L A V A T O R I I D E P R A Y C E P T O R I
O B S E R V A N T I S S I M U S
S A M M A P I E T A T E & R U A E R R E N T I A
D E A M E R A N D O
A V C T O R.

LEX MORALIS,
QVATENVS ABSOLVTE PRAECIPIT, VTRVM DIGNA
SIT NOSTRA REVERENTIA, NEC NE?

Felicitatem sumiam consequendi, animi nostri immortalis esse
debere studium, veteres pariter, ac recentiores vnamimenter con-
tendunt, atque, animi vires, quantum fieri potest, eo intendendi, offi-
cium omnibus iniungunt. Varius autem est, quo illam spectant felici-
tatem, modus; *alii enim summus et proximus actionum est finis, alii*
est remotor, alii etiam alia de causa felicitatis consequenda via ince-
dendum esse putant. Fuerunt enim olim pariter ac hodie morum
praeceptores, qui statuerent, omnia eatenus esse suscipienda, quatenus
ad nosmet ipsos redundet fructus exinde sperandus; omne bonum
iustumue esse exercendum, quoniam amor nostri, summa animi nostri
indoles, haec ut siant, a nobis exigat. Hanc autem indolem omnibus
hominum inesse animis, ideoque vniuersalem esse, contendunt. Neque
omitunt hoc, quod ceterae cum illa quam arctissime sint coniunctae
mentis nostrae indoles. Ut nostris igitur sensibus nihil denegemus,
sumnum ex illorum mente nobis est officium, idque eatenus,
quatenus sic simul nostram consequi possumus felicitatem. Hoc igi-
tur studium ex ipso medium quoddam vocari posse, ad finem bono-
rum perueniendi, affirmant. Hinc omnes nostras actiones, hoc ex
fonte manantes, esse bona aequa ac morales.

oldus

A 3

Huius

Huius argumentandi rationis causa illis nomen Eudaemonistarum est iniunctum a nostrae aetatis philosophis, quippe qui longe alia ratione ac via ad felicitatem pertinieundam esse putant. Negant enim omnino, felicitatem nostram summum esse debere actionum, quas suscipimus, finem, neque adeo recte nobis esse agendum, ut sensibus nostris satisfaciamus, sed componendas potius esse actiones secundum legem aliquam hominibus quasi inditam, atque veluti menti inscriptam, quae vulgo *rationis & moralis* appellatur. Iudicandi adeo vim praeter sentiendi, cognoscendi, concludendi argumentandique facultates nostrae esse menti, qua strenue nostrae diiudicentur actiones. Neque profecto erit, qui, hanc quasi iudicem, quam solemni voce *conscientiam nostri* vocare solemus, omnibus insidere, institutor. Ista autem lex ut seruetur, nostra postulat conscientia. Neiquam ulla in re ad experientiam respicit, sed absolute iubet, alia esse facienda, omittenda alia, neque ad id attendit, utrumquid ad agendum facile sit, utrum nos obslet cupiditatibus ac propensionibus, utrum aperte nobis aliquid commodi afferat, nec ne? et quae sunt id genus alia; sed iubet potius nos ita agere, quoniam sic *bene* agamus, alia contra fugere, quoniam alias *male* agamus.

Sed ne haec verba nostra male intelligantur, addenda videntur haec: apud Eudaemonistas eadem verba fuisse usurpata, sed longe alio sensu, quam quem nos iis subiicimus. Scilicet illis *bonum* est id, quod secundi quid iis adserit, atque *utile* est ad efficiendam ipsorum felicitatem, *malum* vero contrarium, unde simul appetet: illud *bonum* ac *malum* ab iis modo ad res physicas referri. Et negari quoque non potest, hoc in significatu hanc vocem occurrere. Rectius autem sine dubio

dubio a nobis definiuntur haec verba sic, ut bonum et malum semper ad voluntatem nostram significet relationem, quatenus per rationis legem determinatur. Neque igitur ipsa etiam lex ista ad res physicas, vel ab experientia ductas respicit.

Atque eo grauiora haud dubie omnivique ipsius videntur praecepta, quae nos ita quasi cogunt, sic nec aliter agere, quantum pro voluntatis nostrae libertate fieri potest. Sed jure hie interrogari potest, *num etiam huic legi sit conuenienter agendum, cum absolute prorsus praecepit, ac praceptorum suorum rationibus deslituta. Omnibus enim naturae legibus, adeoque diuinis nobis reuelatis praecepsit fere semper adiectae sunt rationes, cur sic vel aliter sit agendum. Nam semper ea de causa praecepunt, ut vel nostram salutem efficiamus, vel secus agendo nihil committamus, quod nostrae obset felicitati. Quae cum in lege ista morali plane desideremus, et ne vnam quidem hac vel in illa re reperieramus praecepsit adiectam rationem, legi rationis nostrae morali deneganda esse, quam fere omnes recentiorum ei tribuant, auctoritas videri nonnullis posset. Accedit hoc, quod ratio nostra, cum semper vterius progrediatur, atque in vnaquaque re ultimas requirat causas, cur sic nec aliter se habeat, tamen nobis, seu — ut rectius dicam — sibi ipse prescribat legem, nullis quidem additis rationibus. Hinc nos nunc vberius exponere apud nos constituimus rem, sat, ut nobis quidem videtur, grauem, cum ad nostram animi tranquillitatem non parum conferat.*

In vniuersum quidem affirmari debet proposita quaestio, sed ne quis putet, nos temere aliquid affirmare, rationes adiciamus, cur, licet absolute

lex

lex nobis praecepit moralis, tamen digna nostra sit reverentia. His vero anteponamus breuem expositionem formulae: *absolute praecepere*, ut eo melius interna huius legis vis intelligatur.

§. 3.

Dum de lege morali hac in dissertationula quaedam exponere consiliavimus, neutquam ad formulas istas, quae vocantur, respicimus, quae e lege ista ex mente nostrorum philosophorum facile erui deriuari que possunt; prouocamus hic potius ad uniuscuiuscunque conscientiam; quippe qua quilibet intelligat, sibi eiusmodi inesse legem, *absoluteque ipsi praecepere*. Ut vero recte intelligatur, quidnam nobis sit illud:

absolute praecepere, quaedam antea in uniuscuius de his monere fas est. Seilicet omne id, quod *absolutum* dicitur, et per se — interne — subsistit, et ab aliis nullis circumscripsum est limitibus. Illo sensu igitur indicat: internum ei inesse valorem, secundum quem necesse sit, ut omnia ad id referantur, ipsi vero nulla sit ad hanc illam rem relatio; hoc vero opponitur omnibus iis, quae sunt definita, finibusque circumscripta, quaeque tantum certo quadam respectu, i. e. cum aliis comparata, locum habere possunt. Cum variis huic vocabulo: *absolutum* subiecti hucusque fuerint significatis, quod, sicut ex aliis, maxime ex notione entis absolute necessarii, cuius mentionem fecerunt in argomento pro existentia Dei ontologico constituendo, appareat, simul quoque vera rectaque huius nominis evanuit notio. Ideoque accurate est definiendum, cui et nos hoc in loco fauemus sententiae. Recte monuit quidem KANTIVS, quos supra posuimus, significatus, toto coelo inter se esse diuersos, a) sed optimie quoque praepo-

a) Vide KANTII *Krit. der rein. Vern.* edit. 3. pag. 381 sq. In den meisten Fällen

suit his: *interdum in uno eodemque conuenire posse obiecio.* b) Atque nos et in nostra causa hoc fieri posse contendimus. Putamus enim, et priorum, quem posuimus in iudicanda *absoluti* notione, et posteriorum significatum locum hic habere posse. Absoluta enim nostra lex est moralis, quatenus per se satis est definita, atque nulla ei est ad alias res relatio, *absoluta* etiam, quatenus nullis circumscribi potest limitibus.

Iam vero dicitur lex ista non solum *absoluta* esse, sed etiam *absolute praecipere*, atque huius loquendi usus afferendae sunt rationes, siue proprius indicandum est, *quid illud sibi velit praecipere.*

Praeceptum in uniusversum nihil aliud est, nisi *relatio alicuius legis ad liberam voluntatem, sensualitati quidem expostam, quamvis non plane obnoxiam, atque ex parte modo per istam legem definitam.* *Praecipere* igitur erit: voluntati cuidam, non *pure* quidem, ut aiunt, *rationali*, sed *propensionibus* potius simul subiectae, tradere normam, cui ipsius attenuandae sunt actiones. Id vero vel nistur, vti iam patet, eo, quod cuidam rei, rationi quidem non aduersanti, extra hanc vero positae, satisfiat, i. e. eiusmodi rei, quam recte ipsa nostra appetit voluntas, vel eo, quod ab ipsa determinatur ratione, scilicet pura, vti

Fällen sind sie -- diese beyden Bedeutungen des Worres *absolut* -- unendlich weit aus einander, und ich kann auf keine Weise schließen, dass, weil erwas an sich möglich ist, es darum auch in aller Beziehung möglich sei etc.

b) Vide eundem lib. cit. pag. 381. Nun treffen zwar diese Bedeutungen manigmal zusammen etc.

c) Confr. SCHMID's Wörterbuch zum leichtern Gebrauch der Kantischen Schriften, Jenae 1788. sub voce: *absolut.*

vocatur; quodque vel rationi est consentaneum, vel maximopere necessarium, adeoque consistit in congruentia nostrarum actionum cum practicae rationis praceptis. Atque hoc modo facile erui potest, quid sit: *absolute praeципere*. Scilicet idem est, quod: *voluntati liberae propouere agendi ciusmodi normam*, ad quam eel omnia omnino referantur *necesso est*, quaque nunquam ullis circumscribi potest limitibus. Eadem autem modo nostram praecipere legem moralē, nemo erit, qui ad dubitare velit, cum aperte, quain iure actionum nostrarum vocare possumus iudicem, nostrī conscientiā nos edoceat, extare aliquam legē, cui conuenienter nostrae componendae sint actiones, cuius plane resistere praceptis nemo ne scelerissimus quidem possit, cum cuius ipsius indicet ratio, quantopere eam audire quasi cogatur. d) Obiici quidem nobis hic posset: si lex ista moralis ab omnibus agnoscatur *necesso est*, eur saepissime sit, vt toto fere die tot millia hominum, violata illa, aperte in perniciem ruant? — Forsttan vis illa praeciptrix non sat gratis est momenti, vel vni alterius homini, eam intelligendi legem, maior data est facultas?

His licet sic respondere: Verissimum quidem est omni tempore suisse, ac nunc esse ingentem hominum turbam, secus illi agentem.

d) Digna sunt, quae adiiciantur hac de re KANTII verba, quae reperies in: *Kritik der prakt. Vern.* pag. 141 sq. „Es liegt so etwas besonderes in der grenzenlosen Hochschätzung des reinen, vor allem Vorrtheilentrüffelsten, moralischen Gesetzes, so wie es praktische Vernunft zur Befolgung vorstelle, deren Seinssinn auch den kühnsten Freyler zitieren mache, und ihn nütziger, sich vor seinem Anblische zu verborgen: daß man sich nicht wundern darf, diesen Einfluß einer bloß intellectuellen Idee auf's Gefühl für speculative Vernunft unergründlich zu finden, und sich darin begnügen zu müssen, daß man a priori doch noch so viel einsehen kann: ein solches Gefühl sey unzerrüttlich mit der Vorstellung des moralischen Gesetzes in jedem endlichen vernünftigen Wesen verbunden.“



Neque vero hoc isti iniungendum est legi. Si enim ita praeципere vellet voluntati, ut ne secus quidem agere posset, plane cogeret eam, euanscereturque nostra voluntatis libertas. Libere enim ac sua sponte subiecta ei nostra esse debet voluntas, cuius ipsius rei conscientia modo cernitur vera legis istius reuerentia. e) Sed intercedit hic libidinum propensionumque nostrarum pruritus, quem difficile sane est voluntati vincere, cum plurimum iucundi gratique secum habeant coniunctum.

§. 5.

Attamen a plurimis non tam de lege hac ipsa eiusque absolute praecepiti ratione dubitatur, quam potius, ut iam supra diximus, de conditione illa ob coecum quasi, quod postulat obsequium, quae colatur a nobis, indigna sit? Haec igitur cum non sit de lana caprina quaestio, pauca apud nos constitutissim eruere, unde pateat, nullo pacto aliter nobiscum agere posse istam legem, nisi sibi ipsi multum praestantiae velit detrahere.

§. 6.

Legem moralem, quam nobis ratio nostra indicat practica, eo ipso, quod ab ipsa determinata sit ratione, puram esse, i.e. ab experientia independentem, nemo sane negabit, nisi dissentiat nobiscum in recentiorum philosophorum principiis. At enim vero, cum contra principia negantes plane non sit disputandum, obiectionibus supersedere omnino possimus iis, quae proferri hunc in finem possent, maximeque iis, quae distinctionem rationis in theoreticam et practicam spectant, quaeque ad hanc aduersariorum pertinent sententiam: experientiam

B 2

nōs

e) Videatur KANT's *Krit. der prakt. Vern.* pag. 142 et 143. Eiusdem *Grundlegung zur Metaphysik der Sitten*, ed. 3, pag. 16. not. *

nos ad rationis ducere nositiam. Sed *partim* iis facile responderi potest, imo quodammodo haec iis concedi possint, modo rite rem diuidices. Possimus enim v. c. aduersariis concedere, experientiam nos ad rationem ducere, quatenus scilicet experientia duce nobis conscientiam sumus notionum nostrarum, si modo adieceris, ex eo non concludi posse: omnes omnino notiones nostras nisi experientia, qua formam pariter, ac materiam *Partim* vero etiam accuratius, quam a nobis id fieri poterit, refutati sunt istorum errores a viris nostrae aetatis celeberrimis. f) Sufficiat nobis affirmare, nos eadem de illis flatuere, quae ingenue posuit Excell. SCHMID in libro quodam, iam supra laudato, g) atque Excell. HEYDENREICH, cuius et in antecedentibus fecimus mentionem, h) Sed fuerunt etiam hucusque philosophi, qui nobiscum quidem sumerent, legem istam, quam vocare solemus moralem, esse vniuersalem, omnibus nempe insitam, atque ad omnes omnino pertinere naturas ratione praeditas, eandem esse satis definitam, categoricam, nisi ipsius rationis essentia, ac denique absolute esse necessariam; qui tamen nihilominus denegarent ipsi debitam reverentiam. Volunt enim, vt addantur ab ipsa lege rationes, cur sic, nec

aliter

f) Ad hoc haud dubie referendum esse puto Excell. HEYDENREICH in: *Propädeutik der Moralphilosophie nach Grundsätzen der reinen Vernunft*, zweyer Theil, Leipzig 1794. Hic enim Vbi Celeb, iam ab initio, libri laudati errores acute refutare studet Empiristarum, maximeque parvae rationis principia defendit contra Excell. TITTEL Prof. Caroli helychii, qui conscriptis libellis: *Über Herrn Kants Moralreform*, ibique fere omnia, quae ab auctore recentissimae aetatis philosophiae principia sunt constituta, in dubium vocare conatus est.

g) Scilicet in: *seinem Wörterbuche zum leichtern Gebrauch etc.* sub voce: *Rein*, maxime p. 304. *Die richtige Einsicht* — p. 305. — und denselben zu schätzen.

h) Vide Ipsius libellum not. f. allatum.

aliter iubeat. Perperam autem, ex nostra sententia, isti hoc postulant, sat grauibus argumentis facile refutandi.

Silicet hi ipsi maxime vituperandi videntur, quatenus hac sua agendi ratione legem illam principiis indigere innuant practicis, e quibus rite probari possit. Id autem quemadmodum iam eo tollitur, quod affirmare possumus, quemlibet hanc legem intelligere posse; ita nos etiam contendimus, tum, cum istius legis auctoritatem probare velimus, ipsam adeo tollamus, necesse esse. Summa enim ipsius auctoritas nititur, nisi omnia me fallunt, eo, *quod a priori nobis sit data, quodque nulla indigeat experientia.* Quid autem hi aliter efficere student, qui illam principiis probare audent practicis, nisi hoc, ut ipsa lex originem capiat ab experientia? Tum vero in eo maximè peccare videntur, *quod ad eam modo respiciunt, quae legem inter moralem et leges naturae intercedit, relationem, neque legis per se spectare volunt valorem ac praestantiam.* KANTIVM quidem eiusdem insimulare aduersari cupiunt vitii, ad ea, quae illustrationis causa aliquo posuit loco, i) spectantes; sed, et si longe inferior sim, quam qui defensorum KANTII me adiungere possim partibus, tamen hoc adiucere mihi licet, quamquam veri aliquam prae se ferat: haec sententia speciem, neutiquam tam en pro vera haberi posse, cum luculententer pateat, praeclarum Philosophum Régiomontanum in enumerandis istis actionibus humanis, quibus rem suam illustrare studuit, ad internum actionum resbexisse valorem, k) *in quo* re

^B 3. *i) Scilicet in: Metaphysik der Sitten, pag. 53 sqq.*

k) Plura qui in hanc rem legere cupit, audeat Excell. HEYDENREICH in
seiner Propadevik etc. Tb. 2 pag. 29 fqq.



Cum igitur contendimus, ac per se iam cuilibet, qui diligenter hanc rem inuestigare studet, patet, legem moralem non pendere ab experientia, per se scilicet spectatam, non vero, quatenus ad actiones nostras refertur, sicut ad id respicimus, quae supra¹⁾ de vocibus *bene* ac *male* differimus, e quibus luculentius etiam apparet, quam recte se habeat sententia de legis istius praeceptis, absolute nobis iniunctis.

§. 8.

Iam vero, cum haec euicimus, nunc probari quoque potest id, quod probare suscepimus. Nos quidem hoc affirmamus, et quidem plurimis caussis induci. Reuerentia scilicet digna est ista lex partim, quoniam sola est, quae ita nos ad veram adducere potest moralitatem. Enim in efficienda nostra moralitate neutiquam respici debet ad id, quod nobis commoda aut incommoda adserit. Tum enim *pura* neutiquam vocari posset, sed nostram potius felicitatem haberemus pro summo in agendo fine. Nostram autem nobis persicendam esse felicitatem, hoc ipso neutiquam negare cupimus, modo ea, quae utilia hinc in finem dicuntur, non commiscentur cum valore isto morali, qui in conuenientia cerni debet cum lege morali. Quid autem omnis nostra esset, quam degimus, vita, nisi moralitate gaudere possemus? quomodo intelligeremus, utrum actiones recte sint compositae, nisi normam quandam haberemus certainam, indubitatam, et ab omnibus independenter? Num forsan studium consequendae felicitatis nos admonet, ut bene semper agamus. Nonne hic potius summus finis est, ut nostra coniunctio cum aliorum, efficiamus commodis? En quam lubrica haec ipsa est via, cum tam facile declinare possimus ad suscipientias

1) Factum hoc est a nobis statim ab initio nostri libelli §o scilicet prima.

piendas actiones, nobis quidem ex nostra mente utilissimas, aliis vero forsitan quam perniciofissimas!

Inre ideo liceat nobis contendere, dignam esse legem moralem, a Deo tam sapienter nobis insitam, nostra reverentia pariter, ac obedientia.

His vero accedit et hoc, quod adeo, si contendere velimus, legem istam non posse absolute praecepere, simul nobis ipsis multum detrahemus. Scilicet quid exinde aliud sequeretur, nisi hoc, ut affirmaremus, rationem nostram subditam esse nostris cupiditatibus ac propensionibus, cum haec ipsa tamen illis omnibus debeat esse quasi praeposita. Quacunam tandem esset vera hominis dignitas, quae sola nititur rationali — superiore — appetendi facultate? Quomodo tandem ens ratione praeditum secum ipso conuenire posset, quid quomodo que ei esset agendum? Num quis putare velit, tum istam legem esse posse vniuersalem, cum hac cupiditate homines diversimode ad agendum impellantur? Nos igitur et eo nomine issi legi neutiquam denegare possumus reverentiam, cum et ipsa, quatenus absolute praecepit, ostendat, quanti facienda aessimandaque sit ratio nostra, optimum praestantissimumque fane donum, diuinitus nobis oblatum, cum nobis verae hominum dignitatis aperiat fontem, ac denique ipsa prebeat omnibus ad efficiendam veram moralitatem tam salutarem.

Neque etiam, quod silentio praeterire nequeo; parum repugnaret hominis naturae, quippe ita comparatae, ut necessario requirat eiusmodi legis absolutum praescriptum. Si haec enim rite nobiscum perpendi-

mus,



mūs, quae iam alio loco m) de voluntate humana disputationis, ap-
paret simul, naturam humanam, rationalem, esse absolutam. Inest
enim nostrae voluntati quaedam indoles, appetendi non solum, quae
sensualitas nobis offert, sed altiora quoque, atque a sensualitate aliena.
Num igitur, quaequo, dicere possemus, humanam naturam sapienter esse
constructam, si ei data fuisse quaedam indoles, cui nihil omnino re-
spondere posset? Inest autem nobis — ut ita loquar — *possibilitas*
quaedam agendi *absoluta*, que necessario *praeceptum* quoque quoddam
absolutum requirit. Nisi igitur nostrae rationi simul vis quaedam in-
fueret *praeceptrix*, quippe qua absolute, nullaque experientiae ratione
habita, nobis, quae agenda sunt, praescriberet, manca sane corruptaque
iure nostra dici posset natura. At enim vero res vere ita se non ha-
bet; voluntati potius nostrae, cum nihil appetat, quippe rationalis, quod
naturae rationali in nobis aliquid detrahere possit, cumque nunquam
haec indoles in nobis extingui queat, necesse quoque est, ut adsit qua-
dam lex, quae huic voluntati conuenientia tradat praecepta.

§. II.

Haec igitur si diligenter perpendimus, efficiunt fane in nobis reue-
rentiam potius istius legis, quam neglectum, et si ita praecipiat, ut
nullas addat praeceptorum rationes. Nobis enim certissimum est, ne-
cessario ita illam praecipere debere; cum alias et ipsi, per se spectatae,
et humanae naturae non parum detrahatur. Colimus eo nomine
ipsam, tanquam legem sanctissimam, a summo Numine profectam,
in Iherusalem, immutabilem nobisque quam maxime salutarem.

m) Prouocamus ad ea quae hac de re exposuimus in disputationis ante-
meridianae: *de Philosophia virtutis matre*, Parte secunda, et ad eos,
quos hunc in finem allegauimus libros.



Wittenberg, Diss., Ergbd. 7, 1792-96

vol 18


f

ULB Halle
004 335 651

3



86.



1928 K 944
LEX MORALIS,
QVATENVS ABSOLVTE PRAECIPIT, VTRVM
DIGNA SIT NOSTRA REVERENTIA,
NEC NE?
539

DISPUTATIO PHILOSOPHICA

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S E S

IOANNES CAROLVS HENRICVS
DE Z O B E L

PHILOSOPHIAE DOCTOR

D. XI. SEPTEMBRI 1785

L. C.

HORIS POMERIDIANIS

P V B L I C E D E F E N D E T

SOCIO ASSVMTO AMICISSIMO

CAROLO IMMANVELE LICHTENBERG
BELTISS - SAXONE
ARTIS SALVT. CVLTORE

VITEMBERGAE
LITERIS TZSCHIEDRICHIL

1795